

22. *Præcepta decalogi sunt purè moralia, vel habent aliquid ceremoniale admixtum.*

23. *Mandatum Dei est generale, vel speciale: ordinarium, vel extraordinarium.*

24. *Lex æterna dicitur latius, vel pressius. Illo modo complectitur legem naturæ: hoc modo est lex archetypa in mente Dei.*

25. *Vis legis est directiva, vel coactiva.*

26. *Lex est vetus, vel nova seu gratia: & hæc est de sacramentis N. T.*

27. *Vsu legis cernitur in statu innocentia, miseria, gratia, & gloria.*

## C A P X V I I.

### De Fœdere naturæ & gratiæ.

I. **F**œdus Dei cum homine est naturæ, vel gratiæ. Illud dicitur creationis, operum, & legale: hoc, evangelicum.

2. *Fœdus evangelicum est vetus, vel novum.*

3. *In fœdere evangelico distinguenda sunt substantialia & accessoria: seu essentia, & œconomia.*

4. *Fœdus est humanum, vel divinum: & hoc est commune, vel proprium. Fœdus commune est sanctio divina respectu omnium creaturarum, de servandis vicibus tem-*

tem-